

Viro

Excellentissimo Illustrissimo

Abr. Sergii fil. Norovio  
φιλολογολάτῃ

opuscula fratris defuncti  
olim Dorpati docentis

suo et editoris consanguinei  
nomine

qua par est reverentia

offert et commendat.

W. Struve.

CAROLI LUDOVICI STRUVE  
OPUSCULA SELECTA.

VOL. I.

CAROLI LUDOVICI STRUVE,

DIRECTORIS QUONDAM GYMNASII URBICI REGIMONTANI

# OPUSCULA SELECTA

EDIDIT

JACOBUS THEODORUS STRUVE,

PHIL. DR., LITERARUM ROMANARUM PROF. P. E. O. IN CAESAREA  
UNIVERSITATE CASANENSI.

VOL. I.



LIPSIÆ,

SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLIV.

FRIDERICO GEORGIO GUILIELMO STRUVE

DIRECTORI SPECULAE PULCOVIENSIS, PATRUO CARISSIMO,

S. P. D.

**JACOBUS THEODORUS STRUVE.**



Opuscula haec Selecta Caroli Ludovici Struve, fratris Tibi dilectissimi, post diuturnam temporum importunitatem tandem aliquando in lucem edens, quis est, quem lubentius, verius et melius compellem, quam Te, Optime Patruë, quem patrem, amicum, studiorum meorum fautorem toto animo colere pietas me docuit. Tu puerum me, quem, patre carissimo Ernesto praematura morte abrepto, Ludovicus patruus adoptaverat et Dorpatum secum adduxerat, post funestum alterius patris benignissimi obitum in familiam Tuam recepisti, una cum filiis tuis educasti, literis et praeceptis imbuisti, et quum vidisses ad studia antiqua lubentissime appellere animum juvenis, horum studiorum, quae ipse olim colueras, et a quibus ne nunc quidem animum abalienasti, amorem Tu in me et excitasti et fovisti. Examen candidati philosophiae postquam a. 1837. in Universitate Dorpatensi absolvi, Tua benignitas fecit, ut per biennium in Germania peregrinarer, ut et cognatos reviserem dilectissimos et viros in literis nostris summos prope cognoscerem. Sic quum, invitante Carolo patruo, Regimentium me contulissem, singulari casu factum est, ut extremis hujus diebus interesssem, moribundi postrema verba exciperem, mortui oculos clauderem, et justis factis scrinia ejus et gravissimos libros ex bibliotheca ejus ad hastam emptos, Te auctore, mecum auferrem. Inde ex illo tempore, hereditatem nactus literariam Patruï optimi, et ab eo quodammodo nostrarum literarum mysteriis initiatus, postquam in Russian reverti,